

8.8.1949

*La Sacra Congregazione dei Religiosi precisa al procuratore generale dell'Opus Dei in quale senso è necessario o non necessario il consenso dell'Ordinario locale per la costituzione di un centro « non autonomo » e per l'apostolato individuale dei membri dell'istituto.*

Beatissime Pater, Procurator Generalis Instituti *Opus Dei*, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, quaerit:

1. - Utrum consensus Ordinarii loci, analogice ad normam religiosi iuris (c. 197) necessario ad erectionem Centri autonomi *Operis Dei* in Constitutionibus Instituti praescriptus (n. 290), requiratur etiam ut Sodales Centro legitime erecto adscripti alibi uti laici ac saeculares individuam vitam ducant;

2. - Quatenus negative ad Ium, an membra Instituti de quibus agitur vitam non canonicè sed tantum de facto ac materialiter communem, libere ducere valeant;

3. - An apostolatium proprii Instituti non corporative, sed individuali ac personali ratione libere iterum exercere possint.

Et Deus...

Sacra Congregatio Negotiis religiosorum Sodalium praeposita, mature speciali *Operis Dei* ratione perpensa, respondendum censuit:

Ad Ium: *Negative*.

Ad 2um: *Affirmative*, dummodo vere agatur de vita communi non de iure, sed de facto. Quoad illa omnia quae vitae communi iuridice sumptae ad normam Constitutionum vel iuris communis adscripta sunt, ex. gr. quoad Oratorium liturgicum, quoad asservationem SS.mi Sacramenti, etc., praescriptae iuris solemnitates requiruntur.

Ad 3um: *Affirmative*, quoad illa omnia quae personalem, non corporativam rationem reverè induant.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis, die 8 Augusti an. 1949.

Il rescritto porta il numero di protocollo 6388/49 e venne pubblicato una prima volta, con un commento di A. Larraona, nel *Commentarium pro religiosis* 28 (1949) 305-306; ripreso da questa rivista, venne edito insieme ad altri documenti sugli istituti secolari, da J. Beyer, *De institutis saecularibus documenta*, Roma 1962, p. 101-102. E infine ripubblicato ancora una volta, sempre con il commento di Larraona, dal *Commentarium pro religiosis* 64 (1983) 353-355, in occasione della trasformazione dell'*Opus Dei* in prelatura personale.